



Torcular autem foderunt per prophetas & quibus quasi extorcularibus;
 gratia super illi decurrebat ut mustus; ex quibus non quam potest fili
 admirabantur uir tatem; Aedificauit autem turrem legis
 fiduciam & altitudinem. ex qua sacer dotes uelut speculatores xpm
 specularentur uenturum. & locauit eam coloni; qui sunt coloni
 quibus locatus est populus. id est uinece sacer dotes; planta uis est
 autem populus primum in abraham. quando in primis locatus est
 ad eum dicens. Exi de terra tua & cognatione tua & celo; Ex eo
 enim facta est uocatio seminis eui; locatus est autem coloni; tempo
 remosi quando per legem constituti sunt sacer dotes & iuris. & pro
 curationem regendi populi susceperunt ad magnam gloriam suam.
 & ad grande periculum. Ad gloriam quidem si diligenter tracta
 uerint populum di. Periculum autem sine negligent; Si enim
 ille pronegligentia debet timere periculum qui pro curationem
 suscipit terrenarum rerum. de manu hominis alicuius potentis.
 quanto magis sacer dotes quidem a nudis suscipiunt pro curationem
 animarum scaram. Planta uis legitur quidem populus in terra
 re promissionis secundum quod scriptum est. Uinea de egipto trans
 tulisti. eieci gentes & plantasti eam. sed illa plantationem hic in
 tellegere non oportet. ne prius locatam eam coloni inueniamur ex
 ponere quam plantatam; Quo autem eam diximus sacer dotes po
 pulum colere. dm autem reddere mercedem uitae. nemo sacer dos
 existimet. quo iuste pro merito operum suorum accipit ad dm mercedem.
 & non potius propter gratiam & misericordiam di; Non enim sacer
 dotes praestant do docentes populum eius. sed di sacer dotib; com
 mittendo eis populum suum in spu; Nos autem doctrinam mercede
 adquirere non poteramus. nisi nobis pro curatione populi commissa
 fuisset; Ergo coloni sunt sacer dotes. qui colentes populum
 quasi uinea cum acutissimo ferro sermonis. faciunt eos bonos